nitas & diuturna igno-

rantia abstrusas, inquirerent, pateface-
rent & detegerent: & iis inquirendis, pa-
tefaciendisq; laudem singularem acqui-
rerent, et memoriæ posteritatis suum no-
men proderent: tum in primis, his prox-
imis annis Martinus Forbissarius in ho-
rum numerum relatus, summa laude &
prædicatione dignus est. Is enim Capi-
taneus Anglus, naturæ dotibus egre-
giis & animi præstantia ac robore singu-
lari præditus, cum eadem opera non mo-
dò patriæ prodesse, sed & sibi gloriam
compa-

NAR-

comparare desideraret: constituit anno
O. R. CIO IO LXXVII naviga
tionem suscipere versus mundi regione
maximè Boreales, in quibus nulladum
hominum, qui illuc penetraissent, vesti
gia impressa essent.

Principiò itaq̃ iter ad Catainam &
alias terras ac regiones finitimas navi
gando versus Occidentem & Septentri
onem perquirere & aperire decrevit: qu
cursus (quantum conjecturis assequi li
cet) est juxta latus Americæ Septentrio
nale & Occidentale, inter Corum & A
parctiam ventos excurrans. Aiebat au
tem Americam esse insulam, in quam no
stri mercatores occasionem haberent na
vigandi secundum littus nostrum, quod
maximè omnium Europæorum septen
trionale est, ad negotia et mercaturam in
Asiæ regionibus brevi temporis spacio
majore cum emolumento, minoreq̃ sum
tu quàm ex aliis regionibus, obeundam
exercendamq̃.

Cataina amplissimum Magna Tartaria re
gnum est: qua per vastissimas & latissimas ori
entis solitudines ad utrumq̃ Oceanum Orientalem
& Meridionalem, ex una parte, ex altera
ad Tanaim & Persidis ac Turcorum regnum
extensa Et jam

constituit anno
XVII naviga
mundi regione
ibus nulladun
etraffent, vesti

d Catainam &
finitimas navi
& Septentri
re decrevit: qu
uris assequi li
ca Septentrio
Corum & A
s. Ajebat au
m, in quam no
n haberent na
ostrum, quod
orum septen
mercaturam in
poris spacio
minoreq; sum
s, obeundam

ae Tartaria re
latissimas ori
anum Orienta
arte, ex alter
orum regnum

extensa

extensa, utramq; Scythiam & multas alias ter
ras, ut Sericam, Ariam, Sinarum regionem, ad
quam Lusitani accedunt, complectitur. Princi
pem totius generis Magnum Chamum nomi
nant. Regia sedes est civitas Gombaleschia, cu
jus ambitus duodetriginta millia passuum ha
bere perhibetur, hoc est, septem milliaria Ger
manica. In eadem est urbs Quinsea, cujus am
bitus (ut Paulus Venetus scribit) superat cen
tum millia passuum: habetq; duodecim millia
pontium tanta altitudinis, ut naves onerarias ex
plicatis velis facile admittant. Quod Bodinus
fabulosum putat.

America dicitur novus orbis, ab Ameri
co Vesputio navigationis duce detectus. Ameri
cus enim ille post Columbum Genuensem, anno
1497. jussu regis Castilia eam regionem ingres
sus est. Unde Adolphus Mekeichus.

Inferiore solo quam cernis, America dicta est:

Quam nuper vectus pelago Vespucius audax
Vi rapuit, tenero nympham complexus amore.
Illa oblita sui, castiq; oblita pudoris

Nuda sedet totum corpus, nisi vitta capillos
Plumea vinciret, frontem nisi gemma notaret,
Ambirent teretes nisi tintinnabula furas.

Lignea clava olli in dextra: qua mactat obesos

Atq; saginatos homines, captivaq; bello
Corpora, quae discissa in frusta trementia lentis
Vel torret flammis, calido vel lixat abeno.

Et, si quando famis rabies stimulat mage, cruda
Et jam casa recens, nigroq; fluentia tabo,

Membra vorat, tepidi pavitant sub dentibus
(artus,

Carnibus & miserorū et sanguine vescitur atro.
Horrendum facinus visu, horrendumq; relatu.

Quid non impietas designat barbara? quid non
Contemptus superūm?

Aspicias in lava sœdatum cade recenti
Humanum caput. En arcum celeresq; sagittas,
Quis solet, adducto dum flectit cornua nervo,
Vulnera certā viris certamq; infligere mortē.
Mox defessa hominum venatu tradere somno
Membra volens, lectum contextū rarius instar
Reticuli, gemino à palo quem fixit utrinq;
Conscendit, textoque caput reclinat & artus.

Præfectus itaq; noster Forbifferius
superiore anno CIO IO LXXVI consili-
um suum ac decretum, non sine summo
vitæ ac salutis periculo, eductis secum
duobus myoparonibus, in effectum de-
ducere constituit: sed primis ejus ceptis
fortuna defuit, quod nimis intempestivè
& tardè alienissimocq; tempore ad desti-
natum locum pervenisset. Iam enim fri-
gore, glacie & pruina (quæ summa in il-
los locis, asperrimaq; sunt) omnia cepe-
rant peruri, adeò ut re infecta, eò unde
venerat, reverti coactus sit: unum illud
adeptus, ut iter aperiret patefaceretq;
quò

ant sub dentibus
ne vescitur atro.
ndumq; relatu.
bara? quid non

recenti
eresq; sagittas,
cornua nervo,
fligere mortē.
trudere somno
raribus instar
ut utrinq;
& artus.

Forbifferius
XVI consili-
sine summo
ductis secum
effectum de-
ejus ceptis
ntempestive
ore ad desti-
n enim fri-
umma in il-
mnia cepe-
ta, eò unde
unum illud
tefaceretq;
quò

no postea audacius & majore cum con-
fidentia, tam peregrinam & barbaram
ram adire posset. Prima tamē ista navi-
gatione quinq; ex suis comitibus amisit.
Ille igitur incepti perficiendi, & id
quod semel suscepisset, ad exitum dedu-
cendi cupidus: reginam Angliæ instru-
it, quanto cum emolumento & com-
modo suorum subditorum negociatio,
mercatura & commercia in illis regi-
onibus exerceri possent: multaq; di-
xit de modo & ratione, qua ad optata
pervenire posset: commemoravitque
ingentes fructus, quos inde haurire &
consequi liceret. Regina itaq; cum cer-
tus, an res ita se haberet, explorare cu-
raret: præfecto navem centum & octo-
decim doliorum capacem, duob; parva
phracta, commeatu & aliis rebus neces-
sariis in semestre instructa, curavit: ad-
ditis epibatis centū & quadraginta tam
robustis, quàm propugnatoribus & re-
gibus, qui præfectum comitarentur:
mandavitq; ut priorem cursum relege-
rent, & ulterius, quàm antea fecissent,
progredierentur.

Nos igitur mandatum Regiæ secu-
ti, è

XXVI. ti, è Blakevalle (distante duabus leu-
Maji. ang. aut circiter à Londino) a. d. xxvi Ma-
fici anno cio id Lxxvii solvimus: an-
is t corasq; jecimus in portu Harvvickio, u-
allio bi ea, quæ ad nostras naves instruenda
es et necessaria videbantur, comparavimus.

Londinum, à C. Casare Trinobantum (A
plures existimant) nuncupatum, totius Britan-
ncor conia regia, multarum gentium commercio nob-
ei C litata, exculta domibus, ornata templis, excel-
ela v arcibus, & deniq; rerum omnium copia atq;
cunc pum affluentia valde mirabilis. Invehit in ea
rca I totius orbis opes ipse Tamesis fluvius, statis h-
rkne ris Oceani astibus superbus & tumidus, onerat
jace is navibus ab ostio per sexaginta millia passuum
ras o ad urbem tuto semper & prealto alveo naviga-
libus bilis. Ripas undiq; per amœna villa prædiis at
di & membris distincta passim exornant: ab infer-
d qu ore scilicet parte Regia domus Grinvicia, in
larur Anglicè à viridariis appellata: & in superiori-
gurii Prætorium nomine Ricemundum: in medio an-
a con tem nobilis structura exurgit Westmonaster-
ventu um, ab occidua parte urbis, Foro judiciali ac d-
m nu vi Petri templo, Regum sepulcris exornato, lon-
as id gè clarissimum: atq; item vigesimo lapide à Lon-
nt. Hi dino regium castrum Vindosoria secedentis re-
tio, qu gis per amœna sede, aliquotq; regum sepulcr-
gumer & Garetteriorum sodalium cerimonia per cel-
bre. Olores autem agminatim lato occurssu & p-
stivis cantibus subeuntes classes excipiunt, ac un-
diq;

te duabus leu
.d. xxvi Ma
r solvimus: an
Harvvickio, u
ves instruenda
omparavimus.

Trinobantum (M
um, totius Britan
commercio nob
ta templis, excel
nium copia atq;
is. Invehit in ea
luuius, statis h
umidus, onerav
ta millia passuum
to alveo naviga
villa pradiis atq;
rnant: ab infer
s Grinvicia, in
: & in superiori
m: in medio an
Westmonaster
judiciali ac d
s exornato, lon
o lapide à Lon
a secedentis r
egum sepulchr
monia percelat
o occurfu & f
ccipiunt, ac un
di

retia siluris atq; salmonibus expanduntur.
ngitur ad urbem lapideo ponte structura mi
fici operis, nec ullis imbribus augetur, cum
is tantum aestibus intumescat. Aula & foro
allicus sermo familiaris est, adeò ut ad nobili
es etiam foeminas perveniat.

Ad ultimam dicti mensis diem, cum
incoras subduxissemus, & in tutelam
ei Opt. Max. nos commendassimus:
ela ventis dedimus. Itaq; leni vento &
cundo velificantes, remos inhibuimus
erca Insulas Orcades, vulgò appellatas
rkney, quæ numero triginta, Scotiæ
jacent: illicq; aqua recente naves no
ras oneravimus. Noster præfectus no
libus & militibus suis, è nave egredi
di & se recolligendi potestatem dedit.
d quamprimum nos incolæ illarum in
larum conspexerunt, in fugam effusi,
guriisq; suis & casulis derelictis, ad ar
a conclamare & cæteros, ut in hostium
ventu, excitare cæperunt. Verum nos
m nutibus tum amicis significationi
is id effecimus, ut ad sua mapalia redi
rent. Hic tantus pavor, tantaq; conster
tio, quam illis noster adventus attulit,
fugamento mihi fuit, miseros illos homi

XXXI.
Maji.

nes à piratis, & maritimis prædonibus
qui eos in fugam compulsos, sedes suas
relinquere cogant, frequenter infestari.
Ædificia illorum & domicilia valde
ruditer & nullo propemodum sumtu
silice & sine ullis fumariis extructa sunt.
Ignem in mediis ædibus excitant: in qua
rum una parte paterfamilias cum tota fa-
milia cibum & somnum capit: in altera
sub eodẽ tecto pecus stabulatur. Genus
est hominum ab omni civili cultu alienum.
Lignis carent, sed eorum usum exple-
unt cespites terreni & bouum excrementum.
Aliquid leguminis, frumenti, avenæ ha-
bent: quarum rerũ vectigal suo regi per-
dunt. Præcipuè verò piscatus exercent.
Est enim in hac insula magna vis et copia
piscium, quos ad solem & ventum exsic-
catos induratosq; reponunt. Cibos præ-
paratos quã sordidè paratos, sine sale comedunt.
Habitus & vestitus planè rusticano mo-
do ad similitudinem Scotorum est com-
paratus. Nummos viles & nullius præ-
sentis possident. Religione nihil à Scoto-
rum differunt: habentq; templa illorum tem-
plis similima. Sed quoniam piscatores
Anglicani, & ii qui in Islandia piscantur

ram exercent, horum mores vivendiq̄
rationem melius depingere possunt quā
ego, illis ipsis hæc describenda relinquo.

Postq̄ ex hoc portu egressi sumus (q̄d
factum est a. d. VIII. Iunii) cursum per-
petuò tenuimus inter Corum & Apar-
ctiam, usq̄ a. d. III. Iulii. Quo toto tem-
poris spacio tam raræ noctium tenebræ
fuerunt, ut ne obscurissima quidem earū
noctium impedire potuerit: quò minus
& libros legere & tempus fallere pro suo
libitu quisq̄ nostrū potuerit. Quæ com-
moditas in tam longinquo itinere, tamq̄
spatioso & amplo mari navigantibus nō
parva est: præcipuè verò cum venti ab o-
mni parte ingruunt, & undæ spumantes
ultra solitū inflantur. Veruntamen hoc
beneficium tam illustris noctis non du-
rat ultra sex hebdomadas in illis locis: ni-
mirum tum duntaxat, cum Sol Tropico
Cancris vicinus est. Verum ubi poli ex-
altatio est septuaginta aut octoginta gra-
duum, ibi diutius durat.

Cum jam itinere sex dierum ab Orca-
dibus abessemus, toto illo mense sine
intermissione ingentes & proceras abie-
tes, quæ maris undis agitabantur, & si-
ne controversia ingentium torrentium

impetu evulſe, in mare præcipitate erant,
obvias habuimus. Iſlandi nulla alia ma-
teria ad calefaciendum utuntur, eamq; in
litore ſuo colligunt : crediderimq; has
arbores è novo orbe deferri æſtu maris,
qui à Favonio in Subſolanum recipro-
cando excurrit.

III.
lii.

Ad IIII diem Iulii ad Frielandiam
appulſi, ingentes glaciei inſulas vidi-
mus, quæ X. aut XII. leucis ſeu dimidi-
atis totidem Germanicis miliaribus à
noſtri litoris latere abeſſe nobis videban-
tur; quarum quædam longitudine dimi-
dia leuca, quædam plus minusq; ſe ex-
tendebant, quantum conjectura aſſequi
poteramus: oculorum enim ſenſus eas
vix XXX aut XL orgyias æquare ju-
dicabat. Certi verò de his nihil affirmare
licet, præſertim cum in iſto loco maris
profunditas tanta ſit, ut nulli uſui nobis
bolis fuerit.

Nos quidem ſperaveramus fore, ut in
his locis fragrantiffimorum ſuccorum
& liquorum ſuaviſſimo odore reficere-
mur, & avium dulciſſimo cantu demul-
ceremur, ſicut in aliis regionibus & locis
accidit, quæ ſub temperatiore zona ſunt.

Sed

cipitate erant,
nulla alia ma-
ntur, eamq̄ in
iderimq̄ has
i æstu maris,
um recipro-

rielandiam
nsulas vidi-
seu dimidi-
milliaribus à
ois videban-
ndine dimi-
usq̄ se ex-
ura assequi
sensus eas
æquare ju-
affirmare
oco maris
sui nobis

fore, ut in
uccorum
reficere-
demul-
& locis
na sunt.
Sed

Sed spes nostra nos longè fefellit. Nā etsi
mense Iunio et Iulio in has oras penetra-
veramus, tempestas tamen adeò aspera et
difficilis fuit, ut vix asperiores difficilio-
remq̄ navigantibus accidere posse exi-
stimem. Diversi enim iicq̄ asperrimi Bo-
reae flatus, grandine & nive commixti,
usq̄ adeò nos oppugnarunt, ut credere-
mus naturam rerum eversum & terræ
coelum mixtum iri: & ut paucis comple-
ctar, videbatur nobis æstas subita com-
mutatione in hyemem conversa: quod,
scio, incredibile propemodum & παράδο-
ξον videbitur illis, qui cogitant alias regi-
ones Septentrioni proximiores (quales
sunt quæ sub LXX. gradu jacent) mul-
tò esse temperatiores, quàm ista sit, ubi
poli exaltatio non excedit sexagesimum
primum gradum. Glacies toto isto late-
re durat et perennat non aliter quàm val-
lum aut murus continuus, ut ea ratione
propugnaculi vicē illi regioni præbeat,
& eum qui accedere velit, summum vitæ
discrimen adire cogat. Præfectus noster
triduum integrum, instructis navibus,
periclitatus est, an ad terram appellere
posset; sed cum animadverteret, nulla ra-

tione se voti sui compotem fieri posse, co-
actus est infecta re discedere & suum co-
natū in aliud cōmodius tempus differre.

Sunt præterea in tota illa acta excel-
sissimi montes, perpetua nive contacti,
exceptis quibusdam jugis, quorum verti-
ces adeò sunt acuminati, ut in his nives
hærere non possint, sed impetu et violen-
tia ventorū impulsæ ad terrā deferantur.

Præterlegimus illud litus integro qua-
triduo ita, ut nullum indicium aut vesti-
gium apparet, quo colligere possemus
an terra ista habitaretur. Vidimus qui-
dem aviculas aliquas, quæ propter tene-
bras & nebulas densas, quibus ista regio
obnoxia maximè est, à terra aberrantes,
in nostra navigia inciderunt. Vnde con-
jecturam fecimus, terram illam habitabi-
lem & interius amœniorem ac mitiorem
esse, quàm foris prima fronte promitteret.

III. &
VI. In-
i. Ex eo loco solvimus a. d. VIII. men-
sis Iulii. Ad diem XVI. ar. inadvertimus
terram, quam præfectus noster à prima
sua navigatione vocaverat *Der Königens-
Worland* hoc est, primam Reginæ terram.
Insula est, ut existimamus, proxima con-
tinenti subjectæ quam Americam vo-
cant,

cant, & ex altero latere opposita insulæ,
quam nostræ navis magister Insulam
Hafleam vocabat, quæ valdè vicina est
continenti Asiæ. Inter has duas insulas
fretum est, à præfecto Forbifferio Stri-
ctum cognominatum, per quod (ut opi-
nio fert) navigare licet in mare Australe,
quod vulgò del Sur dicitur: etsi id non-
dum exploratum est.

*Australe pelagus hic intellige, non quo re-
Età in Austrum navigatur, aut quod polo Ant-
artico subest: sed cum Indica continens dupli-
ci utrinq; Oceano alluatur: qui in Meridiem &
Occidentem vergit, Australis & vulgo Mare
del Sur: qui in Orientem & Septentrionem, Se-
ptentrionalis appellatur, vulgò Mare di Tra-
montana. Verum mare illud Australe Vas-
cus Nunez Valboa primus reperit, moxq; ejus ora
præfectus designatus est.*

Necq; verò unquam adduci possum, ut
credam ullam æris temperiem tantam
sub isto cœlo esse, quam diu sol per Se-
ptentrionalia signa incedit (quod spaci-
um est dimidiati anni & unius diei) quæ
tam vastos & immanes glaciei aggeres
(quos rectè excelsis & monstrosis mon-
tibus comparare possis) rumpere & dis-
solvere queat, & inde has ingentes qua-
dras

dras detrahat, quæ ita ut dictum est in mari fluctuant: præsertim cum maxima solis altitudo non excedat viginti tres gradus & triginta scrupula prima. Potius itaq; crediderim, aliunde id accidere, nimirum aut ab impetu & vi aliquorum torrentium, aut ad minus à violentia æstuum marinorum variè recipantium. Sed ut rem in pauca conferam, tanta frigora sensimus, priusquam istam terram attingeremus, ut nisi longitudo dierum aliud nos docuisset, uno momento et ictu oculi in rigidissimam asperrimãq; hyemem nobis delati videremur.

Verùm id nos omnium maximè attonitos habuit, quòd primo nostro adventu, ex omnibus partibus nihil nisi arduas & densas glacies conspicerè potuimus, ita ut primo aspectu aliud suspicari non possemus, quam freta ista ingenti glacierum muro munita et conclusa esse: quæ res animos nostros ad desperationem propemodum adegit. Sed præfectus noster animi magni & fortis vir, cū in eas regiones penetrare, & Deo benè iuvante iter hoc patefacere, licet omnia pericula sibi proposita sciret, omnino decrevisset:

est in ma-
xima so-
ti tres gra-
a. Potius
idere, ni-
liquorum
plentia æ-
procanti-
am, tanta
tam ter-
udo die-
nomento
errimāq̃

imē at-
stro ad-
ihil nisi
ere po-
h suspi-
ingen-
lusa ef-
perati-
præfe-
vir, cū
o benè
omnia
no de-
isset:

crevisset: adeo militum suorum animos
erexit & incendit, ut quam ipse pro Re-
ginae servitio & patriæ emolumento ad
audendum paratus esset, tam promptos
alacresq̃ ad sequendū eos redderet. Itaq̃
cum duobus myoparonibus, quos secum
ea de causā adduxerat, bis secundum lit-
tus orientis & insularum adjacentium,
ultra citroq̃ trajecit. Interea navis &
duo aphracta, ne à glacie ipsis pericu-
lum esset, in alto se tenebant.

Interim dum præfectus noster terram
illam inquireret, & ripæ appropinqua-
ret, aliqui ejus regionis incolæ, conspi-
ciendos se nobis exhibuerunt, saltan-
tes & cum clamore ineptisq̃ gesticulati-
onibus tripudiantes, quæ nos admiratio-
ne suspensos tenuerunt. Præfectus nihil
non tentavit, omnemq̃ lapidem movit,
ut eos ad se alliceret omnis generis blan-
ditis demulso: donaq̃ obtulit illis cul-
tellos & alias ejusmodi nugas ac apinas
tricasq̃. Verum tam suspicaces, cauti &
versuti erant, ut nihil è manu nostra acci-
pere vellent, signisq̃ quibusdam demon-
strarent, ut si quæ illis donare vellemus,
in terram exponeremus. Quod cum fe-
cisse.

cissemus, dona nostra accipiebant, & loco permutationis aliquid è contra suarū rerum relinquebant: alia ratione nullam nobis fidem habituri erant.

Tandem duo ex illis, positis armis, contra præfectum veniebant, qui vicissim ad illos properavit, suisq; serid mandavit, ne se commoverent: statimq; omnibus amicitiae & benevolentiae signis recta ad eos ire perrexit, id agens ut alterū ex illis in suam potestatem adduceret. Sed illi nullo modo eum expectare sustinuerunt, seseq; celerrimè in fugam conjicientes, resumptos arcus sinuare, et in præfectū sagittas emittere coeperūt, nullo metu nostrorū qui ad eos terrendos præstò erant. Veruntamen etsi sedulo sibi caverent, duos tamen ex illis cepimus, quorū alter nobis elapsus est, alter captivus permansit: ex reliq; verò plurimi vulnerati sunt.

Illi, quos præfectus noster ad præsidium & tutelam nostrae navis & duorum aphractorum reliquerat, interea dum is regionem illam & insulas à latere ripae orientalis adjacentes inquirat: à procellis & impetu maris ita oppugnati fuerunt, ut vix evaserint, timuerintq; ne in altum delati, præfectum nostrū, qui parum commeatu

meat
terer
tem
illis
onen
oppu
runt
pore
tateq
ticae
Po
ctus
maba
riles
illa, q
plane
titian
et lab
mo n
nem p
ieram
ctaba
stitia
tim a
infini
vix ta
mant
deriu
vite v

bant, & lo-
ntra suarū
ne nullam

tis armis,
qui vicif-
feriō man-
nōq̄ omni-
signis re-
ut alterū
eret. Sed
sustinue-
onjicien-
præfectū
metu no-
tō erant,
averent,
orū alter
perman-
ati sunt.
præsidi-
duorum
dum is
ere ripæ
rocellis
uerunt,
n altum
m com-
meatus

meatus secū habebat, è conspectu dimit-
terent. Quod ne ipsis accideret, tempesta-
tem ingentem, quę circa mediam noctem
illis supervenit, & furiosam oppugnati-
onem, qua à glaciibus vastis et ingentib.
oppugnabantur, magno animo sustinue-
runt: adjuvi noctis claritate, quę hoc tem-
pore perpetua erat: & industria dexteri-
tateq̄ præfecti tormentis, qui artis nau-
ticæ peritissimus erat.

Postridie (qui erat xi x. Julii) præfe- *XIX. I.*
ctus ad nos cum evangelio rediit. Affir- *lii.*
mabat enim ingentes opes post illos ste-
riles & desertos mōtes latere. Spes igitur
illa, qua tam immensos auri thesauros jã
planè devoraveramus, ingentē nobis læ-
titiā attulit; omnemq̄ sensum malorū
et laborum, quos perpessi eramus, ex ani-
mo nostro delevit: metumq̄ ac cogitatio-
nem periculorū, quæ præterita nocte ad-
ieramus, ademit. Nihil igitur aliud spe-
ctabamus, quam ut angore & animi tri-
stitia omiſſa, abjectaq̄, quàm primūm si-
tim auri expleremus, et cupiditati nostræ
infinitæ quocunq̄ modo satisfaceremus,
vix tantas spes animo capientes, existi-
mantesq̄ vix fieri posse, ut tantum desi-
derium nostrū ulla auri quantumvis di-
vite vena satiari posset. Qua-

Quatriduo post nostrum ad fauces & angustias ejus transitus appulsum, Zephyrus & Corus glacies hinc inde dispergentes, aditum & transitum nobis ampliolem latioremq; effecerunt, ita ut ad XIX, diem dicti mensis sine ullo impedimento ingressi simus. Sequentie die cum præfectus noster latus occidentale bolide demissa exploraret, amœnum locum pro nave & duobus aphractis, quæ adducta erant, & ad permanendum in anchoris idoneum & tutum depræhendit: Omnes igitur vivi & sani appulimus, uno excepto, qui morbo consumtus est. Hanc stationem appellavimus Iacmans Sonde, hoc est fauces Iacmanni. Sunda enim vocabulum est ab angustis maris faucibus.

In summa, qui in has regiones navigare velit, is secum ita rationem subducatur, ut cogitet non solum per ventorū asperrimos & impetuosos turbines et maris fremitus terrificos: sed etiam per insulas plurimas & montes glacie concretos, planeq; horrendos visu, sibi navigandum esse.

Interea dum in illa acta naves nostræ
in an-

XX.
Julii.

in a
ter
gur
mol
cier
qua
cum
ves
P
lustr
meri
votis
abiit
sus m
est A
quoa
quit.
La
meric
& scin
hic q
vulga
omnia
ant. N
pro th
In
scem n

ad fauces &
pulsus, Ze-
hinc inde di-
situm nobis
erunt, ita ut
sine ullo im-
sequente die
occidentale
moenum lo-
tractis, quæ
nendum in
deprehēn-
ani appuli-
o consum-
pellavimus
Iacmanni,
b angustis

ones navi-
em subdu-
ventorū a-
ines et ma-
m per in-
ie concre-
i navigan-

res nostræ
in an-

in ancoris stabant, observare eas diligen-
ter cogebamur, & perpetuò contis, lon-
guriis & remis machinisq; ingeniosis a-
moliri et depellere magnos cumulos gla-
cierum, quæ in frustra prægrandia &
quadras ingentes divisæ, hinc inde se-
cundum æstus maris contra nostras na-
ves non sine periculo fluctuabant.

Præfectus noster cum diligenter per-
lustrasset et obiisset terram illam, quæ A-
mericæ subjecta continens est, nihilq;
votis & optatis suis dignum reperisset,
abiit cum duobus aphractis parvis ver-
sus marginem orientalem, quæ continens
est Asiæ subjecta & vicina: ibiq; navem,
quoad ipsi commodum videretur, reli-
quit.

Lapides illius continentis versus A-
mericam, radiis solis percussi ita lucent
& scintillant, ut aurei videri possint. Sed
hîc quoq; verum deprehēdimus esse
vulgatum proverbium; quo dicitur, non
omnia esse aurea, quæ auri colore luce-
ant. Nam spe nostra frustrati, invenimus
pro thesauro lapides splendentes.

In hac ripa occidentali invenimus pi-
scem mortuum, qui undis maris agitaba-
tur,

D

tur,

tur, & in rostro unicum cornu rectum
gerebat, longitudine unius ulnæ cum se-
misse. Cornu autem intus cavum erat &
superiore parte fractum. Quidam ex no-
stris injecerunt in id araneas, quæ è vesti-
gio moriebantur. Itaq; nobis videbatur
esse Monoceros marinus. Et sanè exper-
ti postea sumus, easdem vires & qualita-
tes habere, quas Monocerotis cornu ha-
bere dicitur.

*De Monocerote Iovius lib. 18. historiarum
sic scribit. Monoceros animal unicorne, pulli
equini forma, colore cinereo, jubata cervice, hir-
cina barba, bicubitali cornu armatam frontem
præfert, quod levore candoreq; eburneo & palli-
dis distinctum spiris, ad obtundenda hebetan-
daq; venena, mirificam potestatem habere dicitur.
Cornu enim immisso & per lymphas circum-
ducto fontes expiari perhibent, ut salubriter bi-
bantur, si inde virosa bestia præpotarint. Id vi-
vo animali non detrahi, cum ultis insidiis inter-
cipi nequeat. Cornu tamen sponte decisum in de-
sertis reperiri, ut in cervis accidere videmus,
qui ex senecta vitiiis renovante natura, vetus
cornu exuunt, venantibusq; relinquunt. Hoc
cornu regis impositum mensis, toxica si qua sint
epulis indita, emissio statim admirabili sudore
convivis proderet narrant. Caterum de vi tanta
dotis in hoc animante nihil plus affirmaverim
quàm*

quàm
cum a
prater
hac mo
rit. Ha

Po
station
tantur
sit nos
navem
ret loc
occide
cul du
tecta, i
primū
fusi, in
Itaq; m
illa per
los, tint
neris ap
omnib.
uno can
Eode
mus om
mitigar
ad minu
si fieri p

nu rectum
nae cum se-
rum erat &
dam ex no-
quæ è vesti-
videbatur
anè exper-
& qualita-
cornu ha-

historiarum
icorne, pulli
cervice, hir-
tam frontem
neo & palli-
da hebetan-
habere dici-
phas circum-
alubriter bi-
urint. Id vi-
nsidis inter-
cisum in de-
re videmus,
tura, vetus
quunt. Hoc
ca si qua sint
abili sudore
de vi tanta
firmaverim
quàm

quàm quod vulgata fama credentibus suadet:
cum antiquorum autorum nemo, quod legerim,
præter unum *Ælianum Gracum*, quicquam de
hac monocerotis admiranda potestate prodide-
rit. Hac ille.

Posteaquam præfectus noster idoneam
stationem pro navibus invenisset, & aurum
tantum quantum volebat collegisset: mi-
sit nostrum magistrum cum *aphracto* ut
navem adduceret. Et cum bolidè explora-
ret locum, quem invenerat cum oram
occidentalem legeret, animadvertit pro-
cul duo tentoriola pellibus balenarum
tectâ, in eorum paucos homines: qui quàm
primùm nos conspexerunt, in fugam ef-
fusi, in montes se præcipites contulerunt.
Itaque magister navis nostræ ad tentoria
illa perrexit, & cum in his aliquot cultel-
los, tintinnabula, specula & alias ejus ge-
neris apinas reliquisset, discessit relictis
omnibus rebus quas ibi invenisset, excepto
uno cane quem secum ad navem abduxit.

Eodem die, consilio habito, constitui-
mus omnia experiri ut barbaros istos
mitigaremus & ad nos alliceremus: aut
ad minus aliquos exciperemus, ut ex iis,
si fieri posset, cognosceremus quid no-

stris hominibus factum esset, quos superiore anno amissemus.

Cum ejus rei gratia ad eum locū, ubi tentoria vidimus, accessissemus, animadvertimus eos tentoria loco movisse, & ad littus in angulū, qui in mare excurrerat, transtulisse: ut si aliqui, qui se persequerentur, supervenissent, in navigiola sua se conjicere & fuga salutem consulere possent. Quo animadverso, nostros in duas cohortes divisimus, & circumdato monte, in quem se contulerunt, cum impetu in eos irruimus. Verū quā primū nos ipsis visi sumus, rectā ad navigia sua, maxima parte remorum relicta, confugerunt: cumq; naves essent ingressi, enavigarunt totum illud littus, ubi nostri myoparones illos consecuti, ut in terram se præcipitarent, coegerunt: quod sane non fecissent, si illis omnium remorum suorum copia fuisset, & frustra tempus in illis persequendis consumsissemus.

Quā primū in littus exscenderunt, furioso impetu cum arcibus & sagittis suis in nostros irruerunt: sed nos nostris telis complures illorum sauciavimus.

Cum igitur se vulnerari cernerent, ex al-

to se ir-
runt &
de nob
tius il
mus, si
issent.
human
extrem
morte
dis sub
cordian
videren
recidiss
Duæ ta
non po
runt: ir
pter on
vetula t
bis horr
nostri ho
causa fu
infante r
avimus
anguini
Veru
mus barb
ritatem, &

quos supe-

n locū, ubi

is, animad-

ovisse, & ad

xcurrebat,

e persequen-

giola sua se

ulere pos-

ros in duas

dato mon-

n impetu in

rimū nos

ria sua, ma-

, confuge-

essi, enavi-

nostri my-

in terram

quod san-

remorum

tra tempus

femus.

cenderunt

& sagittis

nos nostris

ciavimus

rent, ex al-

to

to se in subjectum mare præcipites dede-
runt & se submerferunt, nihil nisi hostile
de nobis timentes: cum nos salutem po-
tius illorum nobis propositam habere-
mus, si modò nostræ fidei se credere volu-
issent. Sed, ut gens omnis civilitatis &
humanitatis expers, & misericordiæ in
extremis periculis ignara, remedium à
morte petebat, seque immitibus maris un-
dis submergere, quàm in nostram miseri-
cordiam confugere malebat. Alii cum
viderent quoniam res suorum sociorum
recidissent, statim montes occuparunt.
Duæ tamen mulieres, cum fuga elabi
non possent, loco vectigalis remanse-
runt: una propter senectutem, altera pro-
pter onus infantis quem gestabat. Ista
vetula tam deformis & turpis erat, ut no-
bis horrorem incuteret, suspicabanturque
nostri homines eam esse veneficam, quæ
causa fuit ut illa dimissa, juniorem cum
infante retineremus. Hunc locum appel-
lavimus Blondi ponit, hoc est, angulum
sanguinis.

Verum enimverò cum cognovisse-
mus barbarorū istorum furias & crude-
litatem, & quod nulla amicitia illos no-

bis adungere possemus : constituimus
inviti & præter voluntatem nostram, de-
inceps severius cum illis agere: ideoq; re-
versi, omnia vastavimus quæ in ipsorum
tentoriis erant, statimq; nos in nostras
naves recepimus.

Divitiæ ipsorum nec in auro, nec in
argento, nec in gemmis, nec in tapetibus
consistunt. Lintres habent pellibus bale-
narum & cervorum tectas. Canes ipso-
rum similes lupis sunt : nisi quòd omnes
ferè nigri sunt. Habent & aliam supel-
lectilem, sed quam curare operæ preci-
um non fit.

Tandem cum in isto occidentali late-
re, quod Americæ subiectum & conti-
nuum est, ferè quindecim dies in ancoris
stetissemus : tertio die Augusti discessi-
mus, & quarto ejusdem, nostrum præfe-
ctum in litore orientali invenimus: ibiq;
bolide missa terram invenimus, quam
Annam VVarvvickan à nomine Comi-
tissæ appellavimus.

Nostro præfecto placuit, in hac insu-
la naves & duo aphracta onerari lapidi-
bus mineralibus quos invenisset : ut hoc
quasi symbolum primæ et secundæ navi-
gatio

III. &
III. Au-
gusti.

gatio
in ha-
meri-
bus
mus
tum
nostr
xxi
addu-
nas v-
tis eff-
cta or-
benè f-
mitter-
mus e-
lius se-
incog-
cerent
Int
sula, al-
alio ter-
ginq;
Noster
scendi,
vigatio
secum p-
ad eos p-
gatio

constituimus
nostram, de-
: ideoq; re-
in ipsorum
in nostras

ro, nec in
in tapetibus
libus bale-
anes ipso-
quod omnes
iam supel-
peræ preci-

entali late-
& conti-
in ancoris
ti discessi-
um præfe-
mus: ibiq;
is, quam
ine Comi-

in hac insu-
ari lapidi-
set: ut hoc
nda navi-
gatio

gationis solveret, eosq; qui vitam suam
in hac expeditione periclitati essent, pro
meritis suis remuneraretur. Tot labori-
bus exhaustis, divino beneficio incidi-
mus tandem in aurum tantam copiam, tan-
tumq; thesaurum, ut imitati diligentiam
nostri præfecti, à primo die Augusti ad
xxii invenerimus & terrestri itinere
adduxerimus ducenta dolia, quas Ton-
nas vocant, existimantes hoc pondus sa-
tis esse ad navem nostram & duo aphra-
cta oneranda: sperantesq; fore ut Deo
benè fortunante & Regia majestate per-
mittente in posterum plus lucri facere-
mus ex tali beneficio, quod regionis il-
lius septentrionalis viscera, quæ hucusq;
incognita & abstrusa erant, nobis polli-
cerentur.

Interea dum commoramur in illa in-
sula, aliqui regionis illius incolæ, alio atq;
alio tempore secundum littus, sed è lon-
gino se nobis conspiciendos dabant.
Noster itaq; præfectus cupidus cogno-
scendi, quid cum illis, quos in prima na-
vigatione amisisset, actum esset: sumtis
secum paucis, quorū præsidio uteretur,
ad eos perrexit, et per signa quid sibi vel-

let, ostendit. Illi quoq; ipsi primo adven-
tu signis quibusdam nobis indicabant,
tres de quinque illis nostris adhuc vivere,
& se petere atramentum & papyrus,
quæ ad illos deferrent: se intra triduum
aut quatrimum redituros: nos verò cre-
debamus fore ut eos quoq; secum addu-
cerent. Significaverunt etiam nobis se Re-
gem habere, qui vocaretur Cacoughe,
qui à servis succollantibus gestaretur:
hominem esse quadratum & robustum,
quiq; longitudine & crassitie longissi-
mum robustissimumq; quemvis è nobis
excederet.

Nos itaq; papyri folium, atramentum
& calamos illis dedimus. quæ tamen de
nostris manibus accipere noluerunt: sed
in terram poni iussa, nobis discedentibus
sustulerunt. Idem perpetuò faciebant
cum aliquid cum ipsis permutare vole-
bamus, relinquentes tot res de suis, quot
nobis in compensationem earum, quas à
nobis accepissent, dare volebant. Quæ
res argumento nobis fuit illos commer-
cia agitare cum aliquibus populis vici-
nis, aut ab ipsorum regione hos non pro-
cul esse dissitos.

Qua-

C
bari
quo
stru
qu
suis
ciis
prim
gauc
ut ad
pelle
rum
præf
ibi ha
vem
C
tus il
ronib
res su
set: ac
didos
quàm
bis ut
ster p
suis c
sed an
rum e

no adven-
dicabant,
c vivere,
papyrus,
triduum
verò cre-
um addu-
bis se Re-
acoughe,
staretur:
obustum,
longissi-
is è nobis

umentum
tamen de
runt: sed
dentibus
faciebant
are vole-
suis, quot
n, quas à
nt. Quæ
commer-
ulis vici-
non pro-

Qua-

Quatriduo post aliquot ex illis bar-
baris reversi sunt, sed non eodem loco
quo illos vidimus: quæ res principio no-
strum præfectum summa lætitia affectit,
quum speraret fore ut hac vice aliquid de
suis audiret. Itaque sumto navigio & so-
ciis aliquot, ad eos perrexit. Illi quam
primum præfectum conspicati sunt, in
gaudium effusi, signo dato monuerunt
ut ad angulum quendã insulæ illius ap-
pelleret, in quo in insidiis ingentem suo-
rum turbam collocarant. Noster verò
præfectus dolo intellecto, noluit diutius
ibi hære, signoq; illis dato ad suam na-
vem reversus est.

Cum aliquando præfectus noster lit-
tus illius regionis cum duobus myopa-
ronibus legeret, ea de causa ut in reditu
res suas melius & tutius disponere pos-
set: accidit ut conspiceret eminus tres can-
didos, qui tamen non minus astuti erant
quàm nigri ipsorum socii: innuentes no-
bis ut ad se accederemus. Præfectus no-
ster perpetuò sperans aliquid se posse de
suis cognoscere, appropinquavit littori,
sed animadvertit majorem numerum eo-
rum esse, quam aliàs fuisset, qui se post

D 5 cautes

cautes & colles occultarent. Hi tres plani, qui personam impostorū egregiè sustinere noverant, omnibus modis id agebant, ut nos è navi egressos ad se allicerent. Cum autem nos non moveremus, nec blando vel vultu vel sermone illos exciperemus, diligentius nobis innuere ceperunt, simulantesq; se nobis esse amicos, tres se solos & inermes esse monstrabant. Cum verò cernerent hæc omnia se frustra tentare, unus ex illis nobis obtulit carnem, quam posuit in ora litoris, existimans se hoc bolo nos allecturum & persuasurum ut in terram egrederemur, ut exinde nos compræhensos cibum suum facerent. Sed hanc illorum astutiam facilè subodorati, uncum illis projecimus, cui infixerunt carnem, eamq; ad nos pertractam obtulimus viro & mulieri, quos ceperamus: qui cibus, quoniam nostræ vivendi rationi nondum assueti erant, illis valde gratus accidit. Sic barbari isti, quanquàm se valdè callidos & astutos existimarent, sua tamen spe & opinione frustrati sunt.

Verùm enimverò his minimè contenti: accidit ut unus eorum, qui se claudum

dum
lati
bus
ditu
injū
& i
sole
fore
mu
telli
sit
bon
tere
illiu
ped
pecc
as fe
os s
eode
telis
Nos
glan
sit,
Atq
rum
bene

dum & elumbem simulabat, litori paulatim appropinquaret, & quasi se pedibus sustinere non posset, sicubi iter impeditum aut difficile erat, socii humeris se injiceret. Tandem cum ad littus venisset & in terra confedisset, socii ipsius, ipso solo illic relicto, abierunt existimantes fore ut nos ad eum capiendum veniremus. Sed præfectus noster, qui facile intelligebat quid monstri hîc aleretur, iussit quendam ex militibus glandem è bombardâ versus hunc barbarum mittere: quo facto, cum arena & glarea in illius oculos insilirent, in momento in pedes se coniecit, & instar vertagi, ne expectatis quidem sociis qui sibi suppetias ferrent, ocysimè se eripuit, & ad suos se contulit: qui cum se occultassent, eodem momento cum arcubus, sagittis, telis & fundis in apertum se dederunt. Noster præfectus quadraginta circiter glandes è tormentis manuariis mitti iussit, quibus complures vulnerati sunt. Atque hæc unica ratio est eos in posterum in metu continendi, quandoquidem benevolentia adjungi non possunt.

Hoc

Hoc totum est quod de nostris sociis perquirere potuimus, & hoc responsum est quod ad literas suas præfectus noster accepit. Sed ex his callidis & malitiosis technis faciliè intelligi potest, quæ natura sit horum barbarorum, quos toties periclitati sumus. Existimamus autem has technas illos usurpasse ideò, ut recipere per eas possent suos populares quos ceperamus.

MORES, VITA, VI-
CTVS, HABITVS
HORVM POPV-
lorum.

BArbari isti, qui in illa regione habitant, sunt valdè magno corpore, bonæ proportionis, colore adusto & simili nostrorum rusticorum, qui ut vitam sustentent et victum comparent, in locis ardori solis expositis perpetuò laborant.

Capillos ferunt satis longos, & in extremo eos radunt lapide acuto aut instrumento instar cultri factò. Mulieres prolixos crines alunt & duobus nodis laxis
con-

con
bur
liqu
reji
scar
et ex
lore
catr
C
do u
ne &
utum
quæ
acla
facc
D
bas
afq
rata
tand
sine
pror
danc
sus n
map
genc
C

is focis
ponsum
s noster
alitiosis
e natura
es peri-
tem has
ecipere
uos ce-

VI-
S

a regio-
dè ma-
ropor-
& simili
am sus-
ocis ar-
rant,
in ex-
instru-
es pro-
s laxis
con-

constringunt, qui illis in oculos incum-
bunt, secundum bina tempora: quod re-
liquum est nodo astrictum in cervicem
rejiciunt. Quædam ex his acicula cutem
scarificant, lacerantq; mentum, frontem
et exteriorem manuum cutem, postea co-
lorem certum cæruleum, qui diu in his ci-
catricibus durat, superinducunt.

Cibo suo vel carniū vel piscium cru-
do utuntur: nisi quòd aliquando sangui-
ne & pauca aqua, (qua postea pro potu
utuntur) coctum comedunt. Inopia a-
quæ utuntur glacie, quæ æquè dura est
ac lapis, qua tamen ita delectantur ac si
saccarum esset.

Deficientibus aliis cibis, manibus her-
bas regionis, in qua degunt, evellunt, e-
asq; devorant, non quidem delicatè appa-
ratas acetarii instar ad acuendum exci-
tandumq; languentem stomachum: sed
sine sale, oleo & aceto, & illotas: easq;
prorsus ut bestia rationis expertes ad se-
dandam famem devorant. Nullus illis u-
sus mensarum, scamnorum, sedilium, aut
mapparum: Vice mantilium ad exter-
gandos digitos lingua utuntur.

Canes ipsorum, ut diximus, lupos re-
ferunt,

ferunt, quos sub jugum missos aut numellis inclusos (ut apud nos boves aut equos helciarios) & traheæ junctos, onera rerum sibi necessariarum supra glaciem vehere cogunt. Cum nullus eorum amplius usus est, eos macstant et devorant.

Vestes gestant ex pellibus ferarum quas occiderunt, consutas ex earundem nervis vice filii. Omnibus feris, quas capiunt, pelles detrahunt, ex quibus faciunt certum genus vestis, quo hyemis rigorem & frigus, quod illis ferè perpetuum est, arcent.

In vestitu suo gestant capitium seu cucullum et caudam, quæ illis inter pedes dependet, quam ei donant, cui gratificari aut singularem amicitiaë & benevolentiaë significationem dare volunt.

Non solum viri, sed & foeminaë gestant femoralia angusta & stricta, quæ integra & sine ulla partis anterioris scissura, à medio corpore seu lumbis ad genua usq; se porrigunt. Tibialia verò ex pellibus pilosis constant, quarum pilos ad pedes intrò vertunt: & bina aut ternaparia conduplicata gestant, præcipuè foeminaë. His caligis recondunt cultros, si quos

si quos
alias
Os qu
mittu
rigitu
affigu
quo u
lia de
M
re sci
eme p
vertu
liceis
Fe
venat
ædibu
naviu
tur: in
his reb
Ha
lenaru
egnis
preolo
tigillis
abiegr
sutaë s
rum se
specta

si quos habent, acus item & aciculas & alias nugas quæ illis usui esse possunt. Os quoddam prælongum tibialibus immittunt, quod illis à calce ad genua porrigitur, ad quod extendunt tibialia, & ea affigunt uncino, qui in summo ossis est, quo utuntur loco periscelidum, ne tibialia decidere queant.

Magna solertia pelles cum pilis parare sciunt, quas & plicatiles reddunt. Hyeme pilos intrò ad pedem: æstate foras vertunt: neutro tempore aliis quàm pelliceis istis vestibus utuntur.

Feris, piscibus & animalibus, quæ in venatu capiunt, pro cibo, potu, vestitu, ædibus, lectis, caligis, calceis, filis, velis navium, & aliis rebus necessariis utuntur: in summa omnes divitiæ ipsorum in his rebus consistunt.

Habitant in tentoriis ex pellibus balenarum factis, quæ quaternis ramis abiegnis quadratis & in summo instar capreolorum fastigiatis & conjunctis, ceutigillis sustentur. Pelles ipsæ, quæ illis abiegnis tigillis injiciuntur, nervis consutæ sunt. Portæ seu ingressus tentorium semper versus meridiem aut solem spectant.

Habent

Habent & aliud genus tenteriorum, quod ex una pelle factum est ad arcendas pluvias, erectum lapidibus aut ossibus balenarū. Horum ostia similia sunt præfurniis: sed cum in his tentoriis non habitent, existimo eos his uti ad tegendum se, cum piscatum aut venatum exercent, eaq̄ illic relinquunt quoad necessitas postulat.

Arma illis sunt arcus, sagittæ, tela, fundæ. Arcus ligneos habent longitudine ulnæ, quos nervis exterius vinciunt firmissimè, sed sine glutino. Chordæ arcuum item ex nervis sunt: sagittæ ex tribus partibus constant, nec duos quadrantes longitudinis habent: duabus pennis alata & ossibus inferiore ac superiore parte armatae sunt. Tres differentes cuspides jaculis suis præfigunt: quarum una est lapidea aut ferrea, cordis figura: altera ossea, cuspide hamata: tertia etiam ossea, sed anceps & utrinque acuta. Veruntamen nisi è propinquo emittantur, graviter accidere non possunt. Duorum generum habent jacula: quorum unum in summo habet multas osseas furculas, sicut & in medio, habentq̄ certum quoddam

dam
brant
est mu
ceps,
existi
lum et
Du
corio i
los int
est. E
pere x
tenuia
maliur
ctum e
us tant
tum ren
Præ
utuntur
endis: s
hil certi
Non
& dom
rum frig
vestitus
hæc in e
us vulpi
stigium

riorum,
ad arcen-
aut ofsi-
nilia sunt
oriis non
ad regen-
atum ex-
ad neces-

tela, fun-
gitudine
riunt fir-
dæ arcu-
ex tribus
adrantes
nnis ala-
ore parte
cuspides
una est
a: altera
m ossea,
erunta-
r, gra-
rum ge-
num in
culas, si-
m quod-
dam

dam genus instrumenti, quo illas vi-
brant & emittunt dexterrimè: alterum
est multò majus & fortius, habetq; os an-
ceps, quod utrinq; incidit instar gladii:
existimoq; hoc illis nocentissimum te-
lum esse.

Duùm generum naves habent: unum
corio intectum & multos ligneos circu-
los intus habens, valdè affabre factum
est. Ejus generis unumquodq; potest ca-
pere XVI aut XVII homines. Vela benè
tenuia & consuta sunt ex visceribus ani-
malium quæ occiderunt. Alterum fa-
ctum est instar radii textoris: quod uni-
us tantum hominis capax est, unoq; tan-
tum remo indiget.

Prædictis instrumentis & machinis
utuntur in piscatu, venatu & feris capi-
endis: sed de ratione & modo utendi ni-
hil certi affirmare possum.

Non existimo ordinariam illis sedem
& domicilium in his locis esse, ad quo-
rum frigora repellenda ædificia ista &
vestitus ejusmodi non sufficerent. Ad-
hæc in eo loco, ubi casulas istas vel poti-
us vulpium latibula vidimus, nullum ve-
stigium semitæ aut tritæ viæ apparuit,

E

aut

aut ullum aliud indiciū, quo colligi possit an habitaretur illa regio, an minus. Et sanè videntur mihi, cum in æstate piscationem aut venationem exercent, illa absoluta uno in loco, mutare sua tentoria et in alium locum transferre: cumq̃ tantum victus, quantum hyemi transigendæ sufficit, acquisiverunt: redire in eum locum, ubi suas sedes habent: idq̃ sterilitas terræ me credere facit.

Ferrum quoddam habent, quo jaculorum cuspides fabricant, item parvos cultros, & alia utensilia & instrumenta ad laborandum in suis navibus, quæ tamen sunt inhabilia & tractatu difficilia atq̃ ad usum inepta.

Credo illos commercium exercere cum aliquibus populis, cum quibus pro ea re qua abundant, ipsi ferrum permutando accipiant. Valdè delectantur rebus splendidibus & tinnientibus.

Qualem religionem colant, quam Dei cognitionem habeant, aut quæ idola adorent: pro certò dicere non possumus. Credo illos anthropophagos esse, hoc est, vesci carne humana. Vescuntur quidem

dem
am
I
au
bus
aur
scas
rum
ip
scat.
I
sibi
fron
auro
R
later
mon
tect
arbo
gna
hîc
aliar
ibi na
dem
pellis
cornu

colligi pos-
minus. Et
state pesca-
ent, illa ab-
tentoria et
cumq; tan-
tranligen-
lire in eum
idq; sterili-

quo jacu-
em parvos
strumenta
is, quæ ta-
i difficilia

exercere
ibus pro
m permu-
tantur re-
ous.

quam Dei
idola ad-
ossimus.
esse, hoc
ntur qui-
dem

dem morticinis & piscibus mortuis, eti-
amsi foetorem cadaverum referant.

Nulla bestia aut reptile venenatum
aut noxium hîc reperitur, exceptis qui-
busdam araneis: quod multi pro signo
auriferæ regionis habent. Verum mu-
scas quasdam parvas alit illa regio, quo-
rum morsus tam acer est, ut locus ab
ipsis admorsus in continenti intume-
scat.

Innuebant nobis signis quibusdam
sibi vicinos esse aliquos populos, qui in
fronte & aliis corporis partibus laminas
auro splendentes ferant.

Regio harum angustiarum à duobus
lateribus valdè est excelsa, suntq; ibi
montes & rupes nivibus profundissimis
tectæ. Parum herbarum, quæ muscum
arborum referunt, producit: nulla ibi li-
gna sunt. Et ut in pauca conferam, nihil
hîc crescit, nihil ne radicum quidem aut
aliarum rerum, quæ aliis, quam ipsis qui
ibi nati sunt, utiles esse possint. Sunt qui-
dem ibi cervi multi numero, quorum
pellis asinis nostris similis est: caput &
cornua longè excedunt magnitudinem

eam quæ in nostris cervis cernitur: pedes eorum magnitudine æquant pedes nostrorum boum, suntq; crassitie octo pollicum. Sunt etiam ibi lepores, lupi, ursi marini & omnis generis feræ.

Sicut autem regio sterilis est, ita & homines stupidi, bardi & sine omni ingenio sunt. In terra colenda & tractanda se non exercent, sed contenti sunt rebus quas sponte producit. Venatione vivunt, & ferarum carne cruda vescuntur. Potus est illis sanguis ferarum calidus, nec aliud illis curæ est, quàm ut ventrem expleant: in eoq; uno sita est ipsorum foelicitas & summum bonum.

Ex multis conjecturis apparet, sæpè magna fulmina incidere, & terræmotus fieri in hac regione. Apparent enim saxa montium & rupium loco motarum & hinc inde disperfarum disjectarumq; miris & præternaturalibus modis: id quod, ut ego existimo, violento terræ motu accidit.

Nulli fluvii, nullæ dulcis aquæ scaturigines in hac regione apparent: excepta aqua ex nive liquefacta & solis vi ac calore resoluta, qualis in æstate ferè esse solet:

sole
app
non
Nar
onil
con
erun
con
losa
crep
Qui
liqu
steaq
co co
statin
ca ca
tam c
ibi ea
orgy
quin
rent, r
nulla
Ill
comm
aqua
merge
re, per

solet: alterius aquæ nullum vestigium
apparet. Imo diligentius consideranti
non videtur ibi aqua aliqua esse posse.
Nam violentia frigoris, quæ in his regi-
onibus quovis tempore summa est, ita
concludit terram, ut scaturigo aquarum
erumpere nulla possit, sicut aliis in locis
contingit, ubi scaturigines illæ in rivu-
los abeunt, qui levi murmure per saxa &
crepidines in superficie terræ decurrunt.
Quin illa quoq; æstiva aqua, ex nivibus
liquefactis de montibus destillans, po-
steaquam in terram se diffudit, uno in lo-
co collecta stagnum efficit, quod tamen
statim à terra absorbetur. Cujus rei uni-
ca causa est glacies illa, quæ his in locis
tam densa est, ut ubi siccior terra apparet,
ibi ea interius usq; ad quatuor aut quinq;
orgyias glacie concreta depræhendatur:
quin & saxa cum glacie tam arctè cohæ-
rent, media etiam æstate, ut nullo modo,
nullaq; vi divelli possint.

Illud itaq; efficitur, ut per causas jam
commemoratas cursus & scaturigines
aquarum impediti quò minus è terra e-
mergere possint, aliò cogantur se verte-
re, perq; venas suas redire ut in mare ex-

eant, propter summum illud frigus, quod tamen calori in terra contento incrementum præbet, ut ad alenda omnis generis metalla sufficiat.

R E D I T V S D O - M V M.

Postquam navigia nostra divite illa vena nuper inventa oneravimus, cōstituímus relicta illa regione domum redire. Solvimus igitur oram ad quartum diem Augusti, læti ac gaudio ob rem tam prosperè gestam exilientes. Hæc enim summa nostri desiderii erat, certò illam regionem cognoscere, et quam commoditatem utilitatemq; præberet, explorare.

I. Au
emb. **O**mni contentione & studio navigandi elaboravimus, ut ad diem **XVII.** Septembris Angliam attigerimus, & tandem in portum Milfordensem pervenerimus, ubi præfectus ad salutandam Regiam majestatem, & ut cognosceret ab ea, in quo portu naves appellere vellet, à nobis discessit.

Post-

Pe
perve
cumq
tulisse
in his
adduc
mesim
one &
Syl
quos
mus, F
præcip
ventu
rent: s
tender
gnum
tangi v
conspe
Sigr
ficarim
eris Eg
Vna
vestris e
runt, qu
fecti no
cere vol
facie ad

us, quod
cremen-
s generis

stra di-
inventa
mus re-
um re-
artum
ob rem
Hac e-
ertò il-
n com-
explo-

vigan-
II. Se-
& tan-
rvene-
m Re-
ret ab
ellet, à

Post-

Postquam ad Regiam majestatem
pervenit, incredibili lætitia est exceptus :
cumq; amplissimè de sua navigatione re-
tulisset, jussus est à Regina naves & quæ
in his essent, Londinū regni metropolim
adducere. Quo factò, cum ad fluvium Ta-
mesim pervenissimus, summa gratulati-
one & maximo gaudio excepti fuimus.

Sylvestris ille & mulier cum infante,
quos ex illa barbara natione adduxi-
mus, Reginae fuerunt oblati: omniumq;
præcipua expectatio erat, fore ut in ad-
ventu suo aliquos insolitos gestus ede-
rent : sed suo more semper quietos se os-
tenderunt, nec ullum mutatæ mentis si-
gnum dederunt, nisi quod admiratione
tangi videbantur ex insolito hominum
conspetu.

Signis quibusdam & ore etiam signi-
ficarunt, viri nomen esse Calichoe, muli-
eris Egnoge, & infantis Nutioc.

Vnæ illæ delitiæ & ludi, quos hic syl-
vestris edidit, cum esset Bristovii, hi fue-
runt, quod cum videret tubicinem præ-
fecti nostri equum conscendere, idem fa-
cere volebat, sed planè contrario modo,
facie ad caudam conversa. Delectari au-

tem maximoperè visus est, cum equum
crura in sublime jactare cerneret.

Quamdiu vixit Regina ei permisit,
ut omnis generis aves liceret illi in flumine aucupari, etiam cygnos, quorum tanta in Tamesi copia est, ut totus prope modum ab his contegatur. Alioqui sine permissu Reginae sub poena suspendii id nemini licet.

Alebantur hi sylvestres suo more & consuetudine, carne scilicet cruda. Accidit aliquando ut occiderent damam, eam devorarunt unà cum visceribus & excrementis.

Non potuere in vita diu conservari. Nam brevi post adventum nostrum vir & mulier mortui sunt, relicto infante XIII aut XV annorum.

Nobis quidem Deus Opt. Max. sua gratia affuit, ut non nisi duos è nostris amiserimus, quorum unus morbo victus è vita decessit: alter è navigii foris procellæ vi impulsus, in mare decidit, ubi piscibus esca factus est.

Duo quoq; aphracta in nostro reditu aberrarunt, unum ad XXVII mensis Augusti, alterum ad XXXI, idq; propter tempe-

tem
dera
Dei
Scot
than
A
quæ
mem
tera t
gred
bit.
III
hac F
septem
gi pot
rarint
inclus
coeliq;
tabiles
benefi
sumus.
sed etia
cet sylv
tis ac ra
illæ sep
nivibus
lisq; rac

tempestatem & tenebras, quæ tum inci-
derant. Veruntamen alterum Bristovii
Dei beneficio appulit: alterū verò, quod
Scotiam versus iter tenuerat ut Iermu-
tham iret, postea non comparuit.

Atq; hæc summa est earum rerum,
quæ nobis in hac nostra navigatione
memoratu digniores occurrerunt: cæ-
tera tempus docebit, cum ulterius pro-
gredi Regiæ majestatis jussu nobis lice-
bit.

Illud ad extremum addere placuit, ex
hac Forbifferi navigatione, quam in has
septentrionales regiones suscepit, intelli-
gi posse, quantoperè veteres à vero aber-
rarint, qui duas zonas circulis polaribus
inclusas, ob ingens & perpetuum frigus,
coeliq; asperrimam intemperiem, inhabi-
tabiles esse crediderunt. Nam nos Dei
beneficio planè diversum asseuerare pos-
sumus, nimirum non solum habitabiles,
sed etiam habitatas esse ab hominibus, li-
cet sylvestribus, bardis, stupidis, indomi-
tis ac rationis usu carentibus. Et quanq;
illæ septentrionales regiones perpetuis
nivibus & glaciibus obductæ sint, so-
lisq; radii ob debilitatem, & quia à terra

non refringuntur, illas dissolvere non possint: nihilominus tamen Deus Opt. Max. qui dedit hominibus terram inhabitandam, sua infinita & admiranda bonitate & potentia eas quoque regiones, quæ falso habitari non posse credebantur, ita temperavit, ut homines ibi durare possint: eaque illic germinare & crescere iussit, quæ animantibus illic degentibus ad vitam sustinendam necessaria & utilia essent.

F I N I S.

AD LECTOREM.

NE aliqua pagella hic vacaret, quædam ex Iovio, Longolio & Lullo adjecimus, quæ historiam illam novi orbis jucundiores efficere. Tu igitur Lector his fructu & vale.

IOVI

N prodan
Ligur
erudite
appare
gloria
terraru
oribus
nobis a
ex Hisp
qui par
stus, eac
væ terra
nos qua
na susce
(ut cred
absorpti
& aliquid
bales ap
dam mis
liquerint

JOVIVS LIB.

XXXIII.

Non ineptum hoc loco fore existimaverim, si qui hæc repererunt, tanquam publica laude dignissimi, memoriae prodantur. Nam postquam Columbus *Columbus.* Ligur admirando ingentis animi captus, eruditoq; judicio vir, & uti quibusdam apparet, Hercule Græco inusitatae famæ gloria major & illustrior, alterum propè terrarum orbem vasto atq; intentato prioribus seculis Oceano, ad Occidentem nobis aperuit. Non defuere alii atq; alii ex Hispanis, eo apud Hispalim defuncto, qui pari æmulatione laudis, & spe quaestus, eadem littora sequuti, ultiores novæ terræ quam Pariam vocabant, terminos quaerarent, dispari quidem Fortuna suscepti cursus, quum nonnulli eorū (ut credi par est) immenso inexploratoq; absorpti Oceano, nusquam apparuerint, & aliqui ab Anthropophagis, qui Canibales appellantur, capti comestiq;, fœdædam miserabilis audaciæ memoriam reliquerint. Ea terra æquatori subjecta (ut suo

ere non
us Opt.
am inha-
anda bo-
egiones,
deban-
bi dura-
& cresce-
legenti-
ffaria &

M.

et, qua-
ullo ad-
vi orbis
Lector

OVI.

suo loco memoravimus) à Gaditano fre-
to rectà inter occidentem atq; meridiem
navigantibus, emenso bis mille amplius
leucarum itinere, occurrit, frondoso in-
gentium rupium promontorio, tanquã
rostro Oceanum proscindens : nam æ-
quis lateribus littora infinito tractu,
hinc ad occidentem, illinc ad meridiem
immensis adhuc spatiis extenduntur. Sed
post Columbum, tres ante alios ex Hi-
spania, felici ausu, & rebus gestis maxi-
mè clari & memorabiles extiterunt. Fer-
Cortesium. dinandus in primis Cortesius, qui in po-
stremum occidui littoris sinum delatus,
ad Mexicana regna terrestri itinere con-
tendens, subactis Indis, Themestitana
urbe potitus est, quum fabricatis navigi-
is, eam urbem falso in stagno positam, æ-
dificiisq; & incolarum frequentia Vene-
tæ urbis instar admirabilem, multis pro-
sperè factis præliis expugnasset. Mexi-
canæ genti, superis vivos homines, sed
maleficiis damnatos, immolare fas est,
placariq; numina humano sanguine cre-
dunt, & post mortem non interire ani-
mas persuasum habent, ut credi par est,
ex disciplina superstitioneq; Druidarū,
quorum

quorum
mis te
Britan
sio non
armis;
lem, t
ctam, a
rum su
enim ja
ter disc
ginibus
lebant,
memor
annaliu
trorsus
gridisq;
vir illu
ni scrini
xicanos
micante
equestri
integrum
putarent
cis conf
ictibus c
detracta
ectè tom

ditano fre-
meridiem
e amplius
ondofo in-
o, tanquā
: nam æ-
o tractu,
meridiem
untur. Sed
os ex Hi-
tis maxi-
runt. Fer-
qui in po-
delatus,
ere con-
nestitana
s navigi-
itam, æ-
a Vene-
ltis pro-
c. Mexi-
nes, sed
fas est,
ine cre-
ire ani-
par est,
uidarū,
uorum

quorum summa authoritas antiquissi-
mis temporibus in Gallia pariter atque
Britannia viguisse constat. Ita ut Corte-
sio non omnino difficile fuerit, subactam
armis gentem per se ingeniosam & doci-
lem, tormentorumq̄ miraculo terrefa-
ctam, ad Christi cultum, abdicatis idolo-
rum superstitionibus, traduxisse: literas
enim jam nostras admirantur & luben-
ter discunt, rejectis hieroglyphicis ima-
ginibus, quibus annales conscribere so-
lebant, variis picturis regum suorum
memoriam posteris tradentes. Quorum
annalium volumen ex perpetuis, sed in-
trorsus complicatis foliis confectum, ti-
gridisq̄ maculoso tergore protectum,
vir illustris Franciscus Covos, Cæsaria-
ni scrinii magister, mihi dono dedit. Me-
xicanos pro rege suo & pro libertate di-
micantes, nulla res magis exterruit, quā
equestris turmæ impetus, quum equitem
integrum esse animal Centauri specie
putarent. Sed postquā equi duo Indi-
cis confossi sparis, mactatiq̄ clavarum
ictibus conciderunt, depræhensio errore,
detracta statim equis coria, usq̄ adeo ex-
actè tomento repleverunt, ut vivorum
effigiem

effigiem repræsentarent, & in templo
tanquam admirabilis rei spectaculo sus-
penderent. Cæterum Cortesius è Mexi-
cana regione per occidentalem lineam
terrestri itinere profectus, non longè ab-
esse maria ab incolis didicit, paucisq; die-
bus ad littus exterioris Oceani peruentū
est, unde, si classes adessent, peti posse cō-
fideret per Antipodas, Sinarum regna,
Catainasq; oras ad orientem nostrum,
jam pridē aditas Lusitanis, à quibus non
longè, in eo tractu, beatæ multo aroma-
te atq; unionibus Molucchæ insulæ, sub
æquinoctiali linea sitæ esse dicerentur.
At Cortesio perpetuis Hispanorum hi-
storiis celebrato, claritate nominis æqua-
ri potuit Blascus Nonius, nisi turpissimo
vitæ exitu, pristinæ laudis decus obscu-
rasset. Ab hoc enim diu pervagante Pa-
riæ terræ, & Darienæ regionis littora, re-
pertus est isthmus ad Vrabanum sinum,
quo duo ingentia maria dirimuntur. A
Comogro siquidem ingentis amnis ostio
Darieniq; littore, per inaccessos prope
montes, monstrantibus iter indigenis,
Blascus summa juga tenuit, & subjectū
in aduerso littore vastissimi pelagi sinum
conspice-

Blasus.

con
sima
ctæ a
lent
Blas
plus
centi
Ocea
glori
densi
tris, f
nisi n
nostr
tæ ac
ctæ s
Blasc
bus d
quatu
utroq;
portu
etiam
divo l
ra aur
animu
rum e
mnatu
cle, eo
quod a

in templo
statulo sus-
us è Mexi-
em lineam
longè ab-
ucisq; die-
i peruentū
ti posse cō-
um regna,
nostrum,
uibus non
to aroma-
nsulæ, sub
icerentur.
orum hi-
nis æqua-
irpissimo
us obscu-
gante Pa-
ittora, re-
m sinum,
untur. A
nis ostio
os prope
digenis,
subjectū
gi sinum
conspe-

conspexit, in quo auri & unionum ditis-
sima regna reperta sunt, atq; item cōspe-
ctę aditæq; aliquot insulæ earū rerū opu-
lentiā insignes. Itaq; invēto multo auro,
Blascus breviorē transitū querens, non
plus inter se distare diversa maria quā
centū miliaribus depræhendit, sicuti in
Oceanis decadibus Petrus Martyr An-
glerius scitè refert, verum itinere adeò
densissimis nemoribus & abruptis pe-
tris, frequentibus fluviiis impedito, ut nō
nisi magno cum labore periculoq; illac
nostri permeent, quum palsim inhospita
ac insidiosæ gentes venenatis instru-
ctæ sagittis occurrant. Quibus de causis
Blascus eius tractus regulis, aut muneribus
delinitis, aut cruenta acie subactis,
quatuor castella, ut commeantibus ab
utroq; mari tutissimus esset receptus, op-
portunis intervallis constituit, ædificata
etiam clausula in proximo portu, cui
divo Michaëli nomen fuit. Cæterum di-
ra auri sitis noviq; imperii libido, Blasci
animum non multò post occupavit, eore-
rum exitu, ut affectati regni crimine da-
mnatus, capite plecteretur. Indignus, her-
cle, eo supplicio, nisi perfidiose defecisset
quòd ad lavam longo tractu Peruviana
& Cu-

& Cuscana regna auro & gemmis sca-
tentia, successoribus Almagro atq; Pi-
zarro demonstrarit. Ibi enim ferunt nul-
lam aliam, quàm solido ex auro privatis
in domibus vasorum omnis generis su-
pellectilem reperiri. Montium rupes in-
genitis adamantibus, præcipueq; sma-
ragdis, & cyanis & carbunculis colluce-
re, flumina propè universa auream are-
nam trahere. Solum fecunditate rerum
omnium incredibili, & perpetuo ferè
Autumno florere. Ex mira quoq; cœli
clementia, homines integra valetudine,
seculi ætatem implere, sic, ut intempesti-
va mors Blasci videri possit, quo autho-
re, tanta, ut diximus, vis auri & gemma-
rum in Cæsaris ærarium deferatur. Sed
supra Cortesiū & Vaschum, portentosa
*gella-*navigatione inclytus fuit Magalanes
Lusitanus exul, qui auspicio Cæsaris al-
terum Pariaæ terræ littus in orientem ob-
versum quinq; navium classe percurrit,
legendoq; oram, prætervectus lineam
capricorni atq; ostia immensi Argentei
fluminis, uti Hispani vocant, ferorum gi-
gantum instar prægrandes homines bel-
luarum pellibus confectos reperit. Nec
multum

multum
antar
fauce
conje
lac irr
les, e
tractu
gus de
lege de
cumflu
tur. Ac
tur, sui
nem ex
plagam
rigente
in ea co
conting
quum p
guido fu
designer
groq; re
circume
rem & s
nusquam
mè præb
lineam M
les sempe

nmis sca-
o atq; Pi-
runt nul-
privatis
neris su-
upes in-
q; sma-
colluce-
am are-
e rerum
uo ferè
q; cœli
tudine,
mpesti-
autho-
emma-
r. Sed
entosa
alanes
aris al-
em ob-
currit,
ineam
geneci
m gi-
s bel-
Nec
ultum

multum inde, uti avidè quærebat, prope
antarcticum circulum in anfractuosas
fauces audacter invecus est, non inani
conjectura judicans, novi orbis terras il-
lac irrupente Oceano esse permeabi-
les, eumq; profecto sinum non longo
tractu in apertum ad occidentem pela-
gus desinere. Neq; eum ratio ex naturæ
lege deducta fefellit, qua terra omnis cir-
cumfluente Oceano variis sinibus ambi-
tur. Ad lævam nivosa rupes spectaban-
tur, suis culminibus primam aëris regio-
nem excedentes. Eæ pertinebant ad eam
plagam perpetuo gelu (ut credi par est)
rigentem, quæ antarctico subest. Sed nec
in ea cœli parte polus, uti apud arcticum
contingit, lucidiore aliquo astro notatur,
quum parvæ stellæ, nullo vel certè lan-
guido fulgore nitentes, polare punctum
designent, duabus nubeculis stabili pi-
groq; rotatu immobilis poli sedem ita
circumeuntibus, ut Vrsæ nostræ teno-
rem & speciem nautis observatoribus,
nusquam fallente magnetis usu certissi-
mè præbeat. Procedenti per occidentem
lineam Magellani, tortuosæ & inæqua-
les semper fauces occurrebant, mare atri-

tem modò fluctuosum spumosisq̃ vortibus, & sævo mugitu reboans, modò tractabile & pigrum, prout objectis incideret cautibus, aut in latos sinus expansum deferveret, vario velorum flexu persulcabat, nusquam arctiorem sinum trium miliarium spacio, nusquam septem latiore nactus, quum à dextra depressiora littora arboribusq̃ vestita, nulla tamen apparente hominum cultura, ad lævam verò cuncta gelu horrentia, maximèq̃ scopulosa spectarentur, collucerent tamen ad dextrã excitati introrsus ignes ab incolis, ut de adventu novę classis proximis populis significarent. Cæterum Magellanes diu crebris orationibus sustentatos delinitosq̃ nautas, qui jam animos desponderant, quod neq̃ progredi neq̃ regredi, nisi incerta vitæ spe posse crederent, post vigesimum & septimum diem, ex quo sinum intrasset, in apertissimum vastissimumq̃ Oceanum eduxit, ad dextram vela deflectens, utpote qui terras ad antarcticum ultimæ continentis esse putaret, & ad lævam mitiora omnia se inventurum arbitraretur. Quando jam ad tropici capricorni circulum, &

ad

ad ips
Molu
sitas e
na & C
mensu
relinqu
censum
succes
daq̃ et
prælia
gellane
duas in
perhibe
diametr
Discessi
to omni
no temp
mestri co
ad æquat
dem attig
ilitate ce
ambitus
Subuthar
ous Molu
ta rariori
igitis tan
sed Magg

isq̄ vorti-
ns, modò
iectis inci-
us expan-
flexu per-
sinum tri-
m septem
a depresi-
nulla ta-
ra, ad læ-
ia, maxi-
illucere
sus ignes
alsis pro-
Cæterùm
nibus su-
jam ani-
progradi
spe posse
eptimum
apertissi-
a eduxit,
pote qui
ontinen-
tiora o-
r. Quan-
ulum, &
ad

ad ipsam æquatoris lineã rediret, sub qua
Moluccas, quas quærebat, insulas oïno
sitas esse didicisset. In dextra itaq̄ Perua-
na & Cuscana regna, totumq̄ illud im-
mensum Pariaë terræ occidentale littus
relinquebãtur, quod Blaschus post trans-
censum Vrabanum isthmum, Hispanis
successoribus, ad condenda regna, seren-
daq̄ etiam, propter auri sitim, intestina
prælia demonstrarat. Nihil, n. inde Ma-
gellanes terrarum usquam vidit, præter
duas insulas, quæ desertæ appellantur,
perhibentq̄ eas cosmographiæ periti, ex
diametri ratione Italici esse antipodas.
Discessit inde Magellanes planè cõsum-
to omni comœatu, lenissimis atq̄ his u-
no tempore perennibus usibus ventis, tri-
mestri confecto cursu, obversis semper
ad æquatorẽ proris, non Moluccas qui-
dem attingit aromatum pretiosorum fer-
tilitate celebratas, verum immensi propè
ambitus insulas, Iavanam, Pornem &
Subutham, ipsa Britannia majores, è qui-
bus Moluccæ satis exiguæ, sed præstan-
tia rarioris aromatis insignes, incolarum
digitis tanq̄ propinqua monstrabantur.
sed Magellanes fatalis voti sui compos,

in limine qui eas viderat adire non potuit: cum Mauthane siquidem insulæ regulo, Suethani socii regis auspicio, acie dimicans occubuit: eiq; suffectus est Serranus, qui nihil commodius duxit, quam ab his insulis inhospitaq; terra perfidiosæ gentis protinus excelsisse, quòd sibi ad paucos redactò, numerosa bellicosæ ejus gentis manus justum incuteret metum, quoniam ferreis gladiis & præpilatis hastis uterentur. Verum dum adit regulos Serranus, amicitiasq; & fœdera jungere, ac Christianæ religionis cultum inducere contendit, et quod instituti erat, naturam & magnitudinem Moluccarum scrutatur, regulis uno consensu adversus peregrinos ad arma concitatis, in Bornæ insula captus, misereq; à sociis desertus est, qui insidias veriti publicam salutem novi ducis libertati & vitæ anteponendam censebant. Atq; ita cariophylli & cinamomi nucisq; myristicæ surculos ex natali solo colligentes, ut testimonii certam fidem referrent, ex quatuor navibus vetustate semicorruptis, duas magna cura, usi illarum armamentis, materia & clavis, refecerunt, Eurisq; vela dan-

dante
ciis ut
ut pra
& Sar
it, Ga
Cumer
lecuth
nis con
diis ob
promon
perato,
ad Hel
promon
amplius
mivivi
emenli
barorum
ris sævit
læ præfic
multò p
Plegaph
redituq;
venit. Is
raculo fic
to, multa
taq; poste
deposuit:

non potu-
sulæ regu-
io, acie di-
s est Serra-
tit, quàm
a perfidio-
quòd sibi
bellicosæ
iteret me-
præpila-
m adit re-
& foedera
is cultum
rituti erat,
Molucca-
sensu ad-
citatis, in
sociis de-
olicam sa-
itæ ante-
ariophy-
æ surcu-
t testimo-
quatuor
tis, duas
entis, ma-
isq̃ vela
dan-

dantes incogniti Oceani immensis spa-
ciis usque adeò audacter se crediderunt,
ut prætervecti auream Chersonesum,
& Samotram, quæ Taprohana olim fu-
it, Gangeticiq̃ item sinus emporia, &
Cumerum promontorium, ac deniq̃ Ca-
lecutham superarint, nusquam à Lusita-
nis conspecti, qui Indicam oram præsi-
diis obtinebant. Inde verò ad Bonæspei
promontorium cursum habentes, eo su-
perato, dextrorsum per Æthiopiæ littora
ad Hesperides insulas contra Praxium
promontorium, altera tantum navi, non
amplius quàm viginti duo homines se-
mivivi pervenêre. Ibi qui totum undiq̃
emensi orbis ambitum circuierant, Bar-
barorumq̃ mille insidias & omnem ma-
ris sævitiem evaserant, à Lusitanis insu-
læ præsidibus custodiæ traditi sunt. Nec
multò post tamen ex his Hieronymus
Plegaphæta Vicentius, voto pro salute
redituq̃ suscepto, ad Clementem Romã
venit. Is tan o subternavigati orbis mi-
raculo fidelibus testimoniis comproba-
to, multa nostris admiranda, observan-
daq̃ posteris, pictura & scriptis adnotata
deposuit: sic ut Magellanes nihilo felici-

or Blasco, sed inusitata laude præstantior, existimari possit, nisi inauditi antea freti faucibus adinventis, tantæ rei infirma adhuc fides famam elevaret, quum nemo hæctenus à viginti quinque annis eas fauces sedulo quæritans intravit aut viderit. Neque operæ pretium esse reor, ut à legentibus hoc loco & ad historiae contextum properantibus, veniam deprecer, quòd me ii tres viri, inclytis heroibus comparandi, ab instituto longius abstraxerint, quando eos omni laude ad perennem nominis famam exornandos putem, veterum Græcorum more, qui ingeniorum fœcunditate & gloria pollentes, non ipsos modò admirandarum rerum & regionum inventores, sed minorum etiam artium opifices, carminum suorum præconiis, æternitati consecraverunt.

CHRISTIANI

CH



de reb
legati
imper
set, of
quas
rum re
bi ab e
maret,
dam a
metallo
quicqu
etiam a
rent, ea
rumq
teriae m
rostra, g
num per
Verum
vicit, eju

CHRISTOPHORVS
LONGOLIVS OCTAVIA-
no Grimoaldo S.




Consumsi hesternū diem ferè
totum cum Fr. Chærecato, vi-
ro, qui nec à literis nostris ab-
horreat, & multis magnisq̃
de rebus à Pont. Max. ad Cæsarem sæpè
legatus sit. Is cū mihi multa de Cæsaris
imperii magnitudine atq̃ opibus narra-
set, ostendit ad extremum monstrificas
quasdam rerum species, quas ab Indo-
rum regibus ad Cæsarem missas, atq̃ si-
bi ab eodem Cæsare donatas esse affir-
maret. Eæ magna ex parte gemmæ quæ-
dam ampliores fuerunt, tam confusis
metallorum generibus, ut neq̃ discretum
quicquam in eis appareret, & multarum
etiã animantium simulacra exprime-
rent, eaq̃ non tam fortuito linearū colo-
rumq̃ concursu, quàm ipsa extantis ma-
teriæ mole conformata. In iis erant anatū
rostra, gallicorum canum capita, pavo-
num pennæ, atque alia id genus pleraq̃.
Verum omnium admirationem facile
vicit, ejus quæ apud Indos religiosissimè

colitur, Furiae persona, non nativa quidem illa, sed hominum ingenio preciosè & affabrè deformata. Audisti enim purto, mira iis gentibus superstitione esse persuasum, Deam & Furiam sic mundi imperium inter se initio divisisse, ut illa coelitis, hæc inferis & manibus jus diceret: atq; ita fieri, ut dum hanc unam sibi placatam trepido metu cupiant, eam omni etiam divini cultus honore prosequantur. Ligna igitur ejus est persona, sed cui tenuissimum vermiculati operis emblema ita inductum sit, ut penicillo depicta, non gemmeis tessellis ornata videatur. Mentum, superiusq; & inferius labrum Cyanei lapilli segmentis enitent. Nasus, genæ, malæ, buccæ saphiri micis splendent. Supercilia à fronte tenui ex jaspide tenia distinguuntur. Frontem latior è smaragdo fascia præcingit, quæ secundum aures leviter demissa ad mentum usq; utrinq; porrigatur. Superiora rutilo jaspidis nitore collustrantur. Os hians dentes ostentat quatuor, latos, continuos, candidos, ac item duos, qui rictum hinc atq; hinc claudant, exertos, nec aprugnis absimiles. Eburnei quoq; oculorum

lor
tur
red
ner
ad
sub
la
qui
stra
tis,
dior
vifer
& op
lis fa
mun
Furi
ro ter
tis ut
leo, p
tame
ste

lorum orbes, ex electo ruffa fenestran-
tur pupilla, speculi vim tam absolutam
reddente illa, ut totam hominis imagi-
nem exprimat atque repræsentet. Quæ
ad superciliorum & nasi commissuras
subsudet lacuna, ea verò eburneola bul-
la expletur. Tempora autem iisdem
quibus oculi, electrinis speculis illu-
strantur: sed teretibus iis, non orbicula-
tis. Auriculæ pro personæ merito gran-
diores ex jaspide effulgent. Capino res
visenda quidem illa, sed structura potius
& opum magnitudine, quàm ulla libera-
lis faciei dignitate. Mihi quidem ut pri-
mum ejus spectandæ potestas facta est,
Furiam videre sum visus, aspectu barba-
ro tetram & horridam, ore hianti, exer-
tis utrinquè dentibus, colore partim cæru-
leo, partim viridi, partim rutilo, nec eo-
tamen usquam satis florido, sed vel au-
stero, vel diluto, vel pingui, vel eti-
am, quod umbrarum concur-
su evenit, obscuriore
& ingrato. Va-
le.





MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



APPLIED IMAGE Inc

1653 East Main Street
Rochester, New York 14609 USA
(716) 482 - 0300 - Phone
(716) 288 - 5989 - Fax

ANTONIUS LVL-
LVS HISPANVS.

 Ndorum gens illa novi orbis (quem Columbus primum Ferdinando & Isabellæ Regibus Hispaniarum Buxolæ beneficio investigavit, & sub Carolo V. Imp. postea magnis laborib. Hispani cū Cortesio, Valboa, Pizarro & aliis ducibus regno Hispaniæ addiderunt) præter figuram nihil planè habuisse humanitatis comperta est: nullum pudorem, nullam amicitiam, nullam fidem. Nam (paucis aliquot principibus eorum demtis, quos oratione usos ferunt et rationibus) cæteros à beluis differre nihil dixeris, præter faciem: quanquam & hanc ipsam miris modis deformant, ne homines esse videantur, sed serpentes potius aut crocodili. Feris omnibus truculentiores, occisorum in bello hominum membra palpitantia mordicus depascunt, sanguinemq; sugunt ex iisdem corporibus, vulturum in morem: quod neq; lupi neq; ferarum genus ullum sic in suam similitudinem meditatur; & fabulæ instar videri

vi orbis
 primum
 llæ Re-
 Buxolæ
 rolo V.
 pani cū
 is duci-
) præter
 manita-
 m, nul-
) (pau-
 demtis,
 nibus).
 i xeris,
 e ipsam
 nes esse
 ut cro-
 res, oc-
 ora pal-
 angui-
 is, vul-
 eq; fe-
 militur-
 r vide-
 ri

ri posset, nisi tam multis testimoniis jam
 esset roboratū. Et quia nihil est tam hor-
 ridum et insuave, quod consuetudine non
 aliquando mitescat et tanq̄ maceretur: iis
 qui regionem illam (etiam ex Hispanis)
 subegere, nescio quid profecto affricue-
 runt feritatis et sævitiae: ut quidam inter
 eos reperti sint (sive exemplo moti, sive
 ærumnarū mole oppressi) à magnis sce-
 leribus & immanitate yix se continen-
 tes: facti cupidi, rapaces, seditiosi perin-
 de atq; ipsi incolæ. Et ne feces populi cō-
 memorem, primi ipsi duces, qui Perua-
 nam illam terram cepere, et in illa guber-
 nanda sibi succedere, nōne mutuis ce-
 dibus omnes ferè confecti sunt: Nam
 Franciscus Pizarrus suffocavit Alma-
 grum: Pizarrum necari fecit filius Al-
 magri: hunc postea Vasca jugulavit:
 Vascam cepit Blasco: hunc in prælio in-
 terfecit frater Pizarri. Adeò corrumpun-
 tur illic mores: sive id accidat exemplo
 incolarum, sive à coeli natura, sive ab au-
 ri atq; argenti copia, quæ oblata passim
 reddit attonitos & extra ipsos, homines
 alioqui cupidos & avaros.

TEAOS. Tῶ Ἰεῶ δόξα.

NORIBERGÆ
*Imprimebatur, in officina Ca-
tharina Gerlachin, & Hare-
dum Iohannis Mon-
tani.*

ANNO
CIC ID XXC.



Ca-

